

Coram quo quo sic sedente dicta compares per expositionem mei dixit, et  
 narravit indigere scutis quinque monete, emendi causa frumentum,  
 quo indiget hoc anno penurioso, causa vivendi cum tota eius  
 familia, et factis quam plurimis diligentij inveniendi, deni-  
 que invenit Annam Mariam quondam Francisci Laureti de Massigna-  
 no Uxorem Josephi Fini eidem comparenti tradere, et accen-  
 sare velle dicta scuta quinque ad rationem octo pro centenario, et anno  
 de illis proprijs per ipsam, et dictum eius virum ad Censum perpetuum  
 acceptis à Venerabili Societate suffraggij huius loci Massignani, illaque  
 imponere, et fundare super infrascripto petio terre vineato inferius  
 dicendo, cum quibus intendit emere dictum frumentum pro eius, et  
 familie victu. Que Anna Maria exhibuit dictam pecuniam trade-  
 re dummodò accederet supradicta obligatio in solidum eiusdem  
 exponentis, et non alias, aliter, nec alio modo & et ad effe-  
 ctum predictum ipsa Mulier tūm consulendo rebus proprijs, cum etiam  
 alimentis familie in necessitate constitue ob eius paupertatem  
 deliberavit in solidum cum dicto eius viro se obligare, et tenere pro  
 eorum victu, et familie alimentis in magna necessitate con-  
 stitute, que necessitas denegare minimè potest, ut evidenter  
 D.S., et omnibus patet, et est nota & Et cum stante eiusdem expo-  
 nentis femineo sexu ad huiusmodi impositione devenire nequeat  
 sine solemnitatibus ad validitatem contractus requisitis, illasque  
 adimplere cupit cum decreto D.S. renuncijs infrascriptis, et cum con-  
 sensu, presentia et bona voluntate dicti Philippi eius viri, Nec non  
 Per Illustris, et Admodum Ecceletis Domini Ioannis Masci, et Illustris Domini Iosephi  
 Antonij de Tassonis Civium de Concilio Massignani, in defectu  
 proximiorum tam Consanguineorum, quam Affinium, quos in hoc  
 Instrumento commode habere non potest, prout medio Iuramentis & af-  
 firmavit & Nec non predicti Cives hic presentes medio Iuramentis & eorum  
 consensum